

BULA CUM EX APOSTOLATUS OFFICIO

del Papa Paulo IV

**Texto Latino, con Traducción del
Profesor Néstor Adrián Sequeiros**

AGRADECIMIENTO

Agradecemos al Profesor Néstor Adrián Sequeiros el habernos permitido publicar su traducción de la Bula de Paulo IV, enriquecida con sus valiosas y pertinentes notas.

**PAULUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei**

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium

1º) Cum ex apostolatus officio Nobis, meritis licet imparibus, divinitus credito, cura Dominici gregis Nobis imminet generalis, et exinde teneamur pro fidei illius custodia, et salubri directione, more vigilis Pastoris, assidue vigilare, et attentius providere,

a) ut qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes scientius, et perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, et superstitiosis, ac fictitiis adinventio-nibus sacrarum Scripturarum intelligentiam pervertentes, Catholice Ecclesiæ unitatem et inconsuetam Domini tunicam scindere moliuntur, ab ovili Christi repellantur,

b) nec magisterium erroris continuent, qui discipuli veritatis esse contemnunt.

§ 1. Causa huius Constitutionis

2º) Nos considerantes rem huiusmodi adeo gravem, et periculosam esse, ut Romanus Pontifex, qui Dei, et Domini Nostri Iesu Christi vices gerit in terris, et super gentes, et regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat, a nemine in hoc sæculo iudicandus, possit, si deprehendatur a fide devius, redargui,

3º) et quod ubi maius intenditur periculum, ibi est plenius, et diligentius consulendum, ne pseudoprophetæ, aut alii etiam sæcularem iurisdictionem habentes, simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum in spiritualibus, aut temporalibus curæ, et regimini commissos, secum in perditionem, et damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat Nos abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta, in loco sancto videre,

**PABLO, OBISPO
SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS**

Para perpetua memoria del asunto

Exordio

1º) Ya que nuestro oficio apostólico, divinamente confiado a Nos a pesar de nuestros méritos indignos, nos impone el específico cuidado de la grey del Señor y, por ello, en pro de su fiel custodia y saludable dirección —según costumbre del Pastor que vela— debemos vigilar asiduamente y prever con gran atención:

a) que sean excluidos del rebaño de Cristo los que en esta época, exigidos por sus pecados [y] apoyándose con suficiente conciencia sobre su propio criterio, no sólo se alzan contra la disciplina de la fe ortodoxa de modo bastante pernicioso [y] habitual sino que se empeñan en escindir la unidad de la Iglesia Católica y la túnica inconsútil del Señor, pervirtiendo la inteligencia de las Sagradas Escrituras con quiméricos, fingidos artificios,

b) y que no continúen su magisterio de error quienes desprecian ser discípulos de la verdad;

§ 1. Causas de esta Constitución

2º) Nos, considerando tan grave y peligrosa esta realidad, al punto que el Romano Pontífice —que en la tierra es Vicario de Dios y de Nuestro Señor Jesucristo y mantiene sobre pueblos y reinos la plena potestad y a todos juzga, sin que nadie pueda juzgarlo en este mundo— si fuera sorprendido en una desviación de la fe podría a su vez ser impugnado;

3º) y puesto que donde se concentra un peligro mayor allí se debe resolver con mayor cumplimiento y diligencia, para que los falsos profetas, u otros que también poseen jurisdicción secular, no tiendan lazos deplorables a las almas simples y arrastren consigo hacia la perdición y mortal condena pueblos innumerables, encomendados a su cuidado y gobierno en las cosas espirituales o temporales, y para que no suceda alguna vez que veamos Nosotros en el lugar Santo la abominación de la desolación predicha por el profeta Daniel;

4º) deseando, cuanto podamos con la ayuda de Dios [y] en razón de nuestro cargo pastoral, atra-

4º) cupientes, quantum cum Deo possumus, pro nostro munere Pastoralis vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, et lupos ab ovilibus arcere, ne canes muti videamur nequeunt latrare, et perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur.

§ 2. Confirmat hic Pontifex omnes pœnas in hæreticos, et schismaticos latas

Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, et unanimi assensu omnes, et singulas excommunicationis, suspensionis, et interdicti, ac privationis, et quasvis alias sententias, censuras, et pœnas a quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis, etiam per eorum literas extravagantes, seu sacris Conciliis ab Ecclesia Dei receptis, vel Sanctorum Patrum decretis, et statutis, aut sacris Canonibus, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis contra hæreticos, aut schismaticos quomodolibet latas, et promulgatas, Apostolica auctoritate **approbamus**, et **innovamus**,

ac perpetuo observari, et in viridi observantia, si forsitan in ea non sint, reponi, et esse debere, necnon quocumque,

1º) qui hactenus a fide Catholica deviasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse comprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint,

2º) seu (quod Deus pro sua clementia, et in omnes bonitate avertere dignetur) in posterum deviabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, et deviasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu convincentur,

cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, et præminentie existant, etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia maiori dignitate Ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, et Apostolicæ Sedis

par las zorras porfiadas en destruir la villa del Señor y rechazar los lobos lejos del rebaño, no sea que parezcamos perros mudos impedidos de ladrar, quedemos arruinados como malos campesinos y seamos comparados con un mercenario;

§ 2. El Pontífice confirma todos los castigos establecidos contra herejes y cismáticos

tras madura deliberación de estos problemas con nuestros venerables hermanos los Cardenales de la Santa Iglesia Romana, con su consejo y unánime consentimiento, **aprobamos** y **renovamos** por nuestra autoridad Apostólica todas y cada una de las sentencias, censuras y castigos de excomunión, suspensión, interdicción, privación y de cualquier otro tipo establecidas y promulgadas de cualquier modo contra herejes o cismáticos por cualquiera de los Romanos Pontífices predecesores nuestros o por sus delegados (incluso mediante sus disposiciones no recopiladas), por los sacros Concilios aceptados por la Iglesia de Dios, por decretos de los Santos Padres, por estatutos o cánones sagrados y por Constituciones u Ordenanzas Apostólicas

y **queremos** y **decretamos** que las antedichas sentencias, censuras y castigos sean observadas perpetuamente y restablecidas y mantenidas en vigoroso cumplimiento, si por casualidad no lo están, y asimismo que incurra en ellas cualquiera de los siguientes:

1º) los que hasta ahora hayan sido atrapados, confesos o convictos de haberse desviado de la fe Católica o de haber caído en alguna herejía, incurrido en cisma o de haberlos suscitado o cometido;

2º) o bien los que en el futuro (Dios por su clemencia y bondad para con todos se digne impedirlo) se desvíen [de la fe] o caigan en herejía, incurran en cisma o los susciten o cometan, y sean sorprendidos, confiesen o sean convictos de haberse desviado o de haber caído, incurrido, suscitado o cometido,

cualquiera sea el estado, grado, orden, condición y preeminencia que ostenten, aunque resplandezcan por una dignidad eclesiástica Episcopal, Arzobispal, Patriarcal, Primacial u otra mayor, o por el honor del Cardenalato y por el cargo de una Legación —ya perpetua, ya temporaria— de la Sede Apostólica en cualquier destino, o asimismo por una autoridad o excelencia mundana de Conde, Barón, Mar-

ubivis locorum, tam perpetuæ quam temporalis Legationis munere, vel mundana etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, et Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, et eorum quemlibet sententias, censuras, pœnas prædictas incurrere **volumus** atque **decernimus**.

§ 3. Prælati et Principibus a fide deviatibus alias pœnas imponit

Et nihilominus considerantes

a) dignum esse, ut qui virtutis amore a malis non abstant, metu pœnarum ab illis deterreantur,

b) et quod Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, et Imperatores, qui alios docere, et illis bono exemplo, ut in fide Catholica contineantur, esse debent, prævaricando gravius ceteris peccant, cum non solum seipsos perdant, verum etiam alios innumerabiles populos eorum curæ, et regimini creditos, seu alias eis subditos, secum in perditionem, et puteum interitus trahant,

de similibus consilio, et assensu, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in Ecclesia Dei maius, aut perniciosius esse potest, de Apostolicæ potestatis plenitudine **sancimus, statuimus, decernimus, et definimus**, quod sententiis, censuris, et pœnis prædictis in suo robore, et efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes, et singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, et Imperatores, qui hactenus, ut præfertur, deviasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, vel commisisse deprehensi, aut confessi, vel convicti fuerint, et in posterum deviabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, et deviasse, seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu convincentur, cum in hoc inexcusabiliores ceteris reddantur, ultra sententias, censuras, et pœnas prædictas,

1º) sint etiam eo ipso, absque aliquo iuris, aut facti ministerio, suis Ordinibus, et Cathedralibus etiam Metropolitan, Patriarchalibus, et Primatialibus Ecclesiis, ac Cardi-

qués, Duque, Rey y Emperador.

§ 3. Impone otros castigos a Prelados y Personajes desviados de la fe

Y considerando asimismo:

a) que es digno espantar con el temor de los castigos a quienes no se abstienen del mal por amor a la virtud,

b) y que Obispos, Arzobispos, Patriarcas, Primados, Cardenales, Legados, Condes, Barones, Marqueses, Duques, Reyes y Emperadores, cuyo deber es enseñar a los otros y darles buen ejemplo para su permanencia en la fe Católica, al prevaricar pecan más gravemente que los demás, pues no sólo se pierden a sí mismos sino también arrastran a la perdición y al pozo de la muerte pueblos innumerables, confiados a su cuidado y gobierno o sujetos a ellos de algún otro modo;

con el mismo consejo y consentimiento [de los venerables Cardenales], por esta nuestra Constitución que valdrá a perpetuidad [y] en repudio de un crimen tan grande como no puede haber otro mayor ni más pernicioso en la Iglesia de Dios, desde la plenitud de la potestad Apostólica **sancionamos, establecemos, decretamos y definimos** que —perdurando en su vigor y eficacia y adquiriendo efectos las sentencias, censuras y castigos antedichos— todos y cada uno de los Obispos, Arzobispos, Patriarcas, Primados, Cardenales, Legados, Condes, Barones, Marqueses, Duques, Reyes y Emperadores que hasta ahora (como ya dijimos) hayan sido sorprendidos, confesos o convictos de haberse desviado [de la fe Católica] o de haber caído en herejía, incurrido en cisma o de haberlos suscitado o cometido, y los que en el futuro se desvíen [de la fe] o caigan en herejía, incurran en cisma o los susciten o cometan, y sean sorprendidos, confiesen o sean convictos de haberse desviado o haber caído en herejía, incurrido en cisma o de haberlos suscitado o cometido, ya que en esto resultan más culpables que los otros —además de las sentencias, censuras y castigos antedichos:

1º) por eso mismo, y sin ningún procedimiento de derecho o de hecho, sean privados a perpetuidad, entera y totalmente (como inhabilitados, por lo demás, e incapaces para ello), de sus Órdenes e Iglesias Catedrales, incluso Metropolitanas, Patriarcales y Primadas, del honor del Cardenalato, del

nalatus honore, et cuiusvis Legationis munere, necnon voce activa, et passiva, omnique auctoritate, ac Monasteriis, beneficiis, et officiis Ecclesiasticis, cum cura, et sine cura, sæcularibus, et quorumvis Ordinum regularibus, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, et administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, et in quibus, vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibusvis fructibus, redditibus, et proventibus annuis super similibus fructibus, redditibus, et proventibus eis reservatis, et assignatis, Comitatus quoque, Baroniis, Marchionatibus, Ducatibus, Regnis, et Imperio penitus, et in totum, perpetuo privati, et ad illa de cetero inhabiles, et incapaces,

2º) habeanturque pro relapsis, et subversis in omnibus, et per omnia, perinde ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent,

3º) nec ullo umquam tempore ad eorum pristinum statum, aut Cathedralis, Metropolitanas, Patriarchales, et Primatiales Ecclesias, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamvis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, seu vocem activam, vel passivam, aut auctoritatem, seu Monasteria, et beneficia, vel Comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, et Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint,

4º) quinimmo sæcularis relinquuntur arbitrio potestatis animadversione debita puniendi, nisi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ indiciis, et condignæ pœnitentiæ fructibus, ex ipsius Sedis benignitate, et clementia in aliquo Monasterio, aut alio Regulari loco ad peragendum perpetuam in pane doloris, et aquæ mæstitiæ pœnitentiam retrudendi fuerint.

5º) Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, et præeminentiæ existentibus, ac quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, et Primatiali, aut alia maiori Ecclesiastica dignitate, et etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, et Imperiali auctoritate, excellentia pollentibus ha-

cargo de cualquier Legación, así como de voz activa y pasiva y de toda autoridad, y de los Monasterios, beneficios y oficios Eclesiásticos con y sin cura, seculares y regulares, de cualquier Orden, que hayan obtenido como título, encargo, administración u otro carácter cualquiera por cualquier concesión y dispensa Apostólica, y en los cuales o para los cuales hayan tenido algún derecho; también de cualquiera de los usufructos, rentas o intereses anuales acumulativos reservados y asignados a ellos, [y] asimismo de Condados, Baronías, Marquesados, Ducados, Reinos e Imperios.

2º) y sean considerados como relapsos y removidos en todo y para todo, incluso aunque antes hubiesen abjurado públicamente en juicio de tales herejías;

3º) y nunca jamás puedan ser restituidos, repuestos, reintegrados o rehabilitados a su pristino estado o a iglesias Catedrales, Metropolitanas, Patriarcales y Primadas, al Cardenalato u otro honor, a cualquier otra dignidad mayor o menor, a voz activa o pasiva, a su autoridad, a Monasterios y beneficios, o a Condados, Baronías, Marquesados, Ducados, Reinos e Imperio;

4º) antes bien, queden al arbitrio de una potestad secular que atienda debidamente a su castigo, salvo que, al mostrarse en ellos indicios de verdadero arrepentimiento y frutos de condigna penitencia, por benignidad y clemencia de la mismísima Sede hayan sido recludos en algún Monasterio o en otro sitio Regular para cumplir penitencia perpetua en el pan del dolor y el agua de la compunción;

5º) y deben por ello ser tenidos, tratados y reputados como tales —y como tales evitados y excluidos de todo consuelo humano— por todos los personajes de cualquier estado, grado, orden, condición y preeminencia y por cuantos sean poderosos en virtud de cualquier dignidad eclesiástica, incluso Episcopal, Arzobispal, Patriarcal y Primacial u otra mayor, en virtud asimismo del honor del Cardenalato o de una autoridad o excelencia mundana, incluidas las de Conde, Barón, Marqués, Duque, Rey y Emperador;

beri, tractari, et reputari, et ut tales evitari, omnique humanitatis solatio destitui debeant.

§ 4. Juspatronatus aut nominandi habentes ad beneficia propter hæresim vacantia tenentur infra legitima tempora præsentare alias personas

6º) Et qui iuspatronatus, aut nominandi personas idoneas ad Cathedralis, etiam Metropolitanas, et Patriarchales, ac Primatiales Ecclesias, seu Monasteria, vel alia beneficia Ecclesiastica per privationem huiusmodi vacantia habere prætulerint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, sed de servitute hæreticorum erepta personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas iustitiæ fideliter dirigant, tenentur ad Ecclesias, Monasteria, et beneficia huiusmodi alias personas idoneas infra tempus a iure, vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta Sede initis statutum, Nobis seu pro tempore existenti Romano Pontifici præsentare,

7º) alioquin tempore huiusmodi elapso plena, et libera Ecclesiarum, Monasteriorum, et beneficiorum prædictorum dispositio ad Nos, et Romanum Pontificem prædictum eo ipso pleno iure devolvatur.

§ 5. Fautoresque hereticorum pœnas hic descriptas incurrunt

8º) Et insuper qui ipsos sic deprehensos, aut confessos, vel convictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis favere, vel credere, seu eorum dogmata dogmatizare præsumserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica, seu privata officia, aut consilia, seu Synodum, vel Concilium generale, vel provinciale, nec conclave Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium perhibendum admittantur, nec admitti possint.

9º) Sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant, nullus præterea cogatur eis super aliquo

§ 4. Que los poderosos de derecho de patronato o de nominación para los beneficios vacantes a causa de herejía estén obligados a presentar otras personas dentro de los plazos de la ley

6º) y quienes hayan alegado tener derecho de patronato o de nombrar personas idóneas para las Iglesias Catedrales, incluso Metropolitanas, Patriarcales y Primadas, o para los Monasterios u otros beneficios Eclesiásticos vacantes por privaciones de esta clase, a fin de que tales cargos no estén expuestos a los inconvenientes de una vacancia prolongada sino que, librados ya de la servidumbre de los herejes, sean concedidos a personas idóneas que dirijan fielmente a los pueblos respectivos en las sendas de la justicia, estén obligados a presentar ante Nos (o ante el Romano Pontífice reinante a la sazón) las personas idóneas para esas Iglesias, Monasterios y beneficios, dentro del tiempo establecido por derecho o por sus concordatos o convenios pactados con esta Sede;

7º) de otro modo, transcurrido ese plazo, por ello mismo [y] de pleno derecho sea devuelta a Nos (o al Romano Pontífice reinante) la plena y libre disponibilidad de las Iglesias, Monasterios y beneficios antedichos.

§ 5. Los que favorecen a los herejes incurrn en los castigos aquí descriptos

8º) Y además, quienes conscientemente hayan actuado de cualquier modo encubriendo o defendiendo a los así sorprendidos, confesos o convictos, o favoreciéndoles, creyéndoles o enseñando sus doctrinas, incurran por ello mismo en la sentencia de excomunión y queden sin honra y no sean ni puedan ser admitidos con voz, ni en persona ni por escrito ni por medio de un delegado o procurador, en los oficios públicos o privados, en los consejos o Sínodos, en un Concilio general o provincial, en el cónclave de Cardenales o en cualquier reunión de fieles o elección de una personas, o para prestar testimonio;

9º) Sean también inestables y no participen en la sucesión de herencias; además, nadie esté obligado a responderles por ningún asunto.

10º) Y en caso de ser Jueces, ninguna fuerza tengan sus sentencias ni sea sometida a su audiencia causa alguna; y de ser Abogados, téngase por nulo su patrocinio; si fueran Escribanos, carezcan totalmente de vigor o eficacia

negotio respondere.

10º) Quod si forsán Iudices extiterint, eorum sententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ causæ ad eorum audientiam deducantur, et si fuerint Advocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur, si vero Tabelliones extiterint, instrumenta confecta per eos nullius sint penitus roboris, vel momenti.

11º) Et insuper

a) clerici omnibus, et singulis Ecclesiis, etiam Cathedralibus, Metropolitanis, Patriarchalibus, et Primatialibus, ac dignitatibus, Monasteriis, beneficiis, et officiis Ecclesiasticis, etiam, ut præfertur, qualificatis per eos quomodolibet obtentis,

b) et tam ipsi, quam laici, etiam, ut præmittitur qualificati, et dignitatibus prædictis præditi quibuscumque Regnis, Ducatibus, Dominiis, Feudis, et bonis temporalibus per eos possessis privati existant eo ipso,

12º) Regnaque, Ducatus, Domina, Feuda, et bona huiusmodi publicentur, et publica sint, efficianturque iuris, et proprietatis eorum, qui illa primo occupaverint, si in sinceritate fidei, et unitate S. R. E. ac sub nostra, et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intransium obedientia fuerint.

§ 6. Prælati, et Pontifices qui ante eorum promotionem apparuerint a Fide Catholica deviasse, eo ipso privati sunt, omni autoritate, et officio, et promotio nulla est, et nullo pacto convalidari potest

Adiicientes quod

si ullo umquam tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo, seu Patriarcha, vel Primate se gerentem, aut prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, etiam ut præfertur, Legatum, seu etiam Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem, seu Romanum Pontificem assumptionem a fide Catholica deviasse, aut in aliquam hæresim incidisse, [seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse,]

los documentos por ellos redactados.

11º) Además, resulten privados por ello mismo:

a) los clérigos, de todas y cada una de sus Iglesias, incluso Catedrales, Metropolitanas, Patriarcales y Primadas, y de sus dignidades, Monasterios, beneficios y oficios Eclesiásticos, incluso los antes especificados, obtenidos por ellos de cualquier modo que sea;

b) y tanto ellos como los laicos, también ya especificados e investidos de las dignidades antedichas, de cualesquiera Reinos, Ducados, Dominios, Feudos y bienes temporales que posean;

12º) y tales Reinos, Ducados, Dominios, Feudos y bienes sean confiscados, pasen al dominio público y sean otorgados en derecho y propiedad a quienes los ocupen primero, siempre que estos se hallen bajo nuestra obediencia (o la de nuestros sucesores los Romanos Pontífices canónicamente electos) y en la sinceridad de la fe y la unidad de la Santa Iglesia Romana.

§ 6. Los Prelados y Pontífices que antes de su promoción se hayan desviado manifiestamente de la Fe Católica quedan privados por ello mismo de toda autoridad y su oficio y promoción son nulos y no pueden convalidarse en virtud de ningún pacto

Agregamos [lo siguiente]:

si en cualquier tiempo fuere evidente que algún Obispo (incluso con cargo de Arzobispo, Patriarca o Primado) o un Cardenal de esta Iglesia Romana (incluso, como se dijo, en función de Legado) o asimismo un Romano Pontífice se hubiera desviado de la fe Católica o hubiera caído en alguna herejía, [incurrido en cisma o los hubiera suscitado o cometido] antes de su promoción o de la asunción como Cardenal o Pontífice Romano,

13º) Que tal promoción o asunción sea nula, írrita e inane, incluso si se hubiera realizado con acuerdo y consentimiento unánime de todos los Cardenales;

14º) y que no pueda considerarse válida o tener validez por el recibimiento del cargo, por la consagración, o por la consiguiente posesión o quasi-posesión de mando y administración, por la

13º) promotio, seu assumptio de eo etiam in concordia, et de unanimi omnium Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, et inanis existat,

14º) nec per susceptionem muneris, consecrationis, aut subsecutam regiminis, et administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Romani Pontificis inthronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, et cuiusvis temporis in præmissis cursum, convaluisse dici, aut convallescere possit,

15º) nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur,

16º) nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas aut Primates promotis, seu in Cardinales, vel Romanum Pontificem assumptis, in spiritualibus, vel temporalibus administrandi facultatem tribuisse, aut tribuere censeatur,

17º) sed omnia, et singula per eos quomodolibet dicta, facta, gesta, et administrata, ac inde secuta quæcumque viribus careant, et nullam prorsus firmitatem, nec ius alicui tribuant,

18º) sintque ipsi sic promoti, et assumpti, eo ipso absque aliqua desuper facienda declaratione, omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio, et potestate privati,

§ 7. Subditisque eorum liceat ab obedientia et devotione impune recedere

19º) liceatque omnibus, et singulis sic promotis, et assumptis, si a fide antea non deviassent, nec hæretici fuissent, neque schisma incurrissent, aut excitassent, vel commisissent, subditis personis, tam clericis sæcularibus, et regularibus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius Pontificis antea a fide devii, aut hæretici, seu schismatici interfuerint, seu alias consenserint, et ei obedientiam præstiterint, eumque adoraverint, ac Castellanis, Præfectis, Capitaneis, et Officialibus etiam Almæ Urbis nostræ, et totius Status Ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis homagio, seu iuramento, vel cautione obligatis, et obnoxiiis,

a) ab ipsorum sic promotorum, vel assumptorum obedientia,

entronización o adoración de ese Romano Pontífice, por la obediencia que todos le hayan prestado o por haber transcurrido un tiempo cualquiera en tales situaciones;

15º) y no sea tenida por legítima en ninguna de sus partes;

16º) y ni se considere que se ha otorgado o se otorga facultad alguna de administración en lo espiritual o en lo temporal a esas personas por su promoción a Obispos, Arzobispos, Patriarcas o Primados o por su asunción como Cardenales o como Pontífice Romano;

17º) por el contrario, todas y cada una de sus declaraciones, hechos, actos y directivas, así como cualquiera de las consecuencias subsiguientes, carezcan de fuerza y no otorguen en adelante ninguna confirmación ni derecho a nadie;

18º) y las personas así promovidas o asumidas, por ello mismo y sin agregado de ninguna declaración, sean privadas de toda dignidad, lugar, honor, título, autoridad, oficio y potestad;

§ 7. Sea lícito a sus subordinados apartarse impunemente de su obediencia y devoción

19º) y a todas y cada una de las personas subordinadas a los así promovidos y asumidos, si antes no se hubieran desviado de la fe, ni hubieran sido herejes, ni hubieran incurrido en cisma o lo hubieran suscitado o cometido — tanto a los clérigos seculares y regulares como también a los laicos, a los Cardenales (incluso los que hayan intervenido en la elección de ese Pontífice previamente desviado de la fe, hereje o cismático, o hayan dado otro tipo de consentimiento o le hayan prestado obediencia o adoración) y a los Castellanos, Prefectos, Capitanes y Oficiales, incluidos los de nuestra Ciudad materna y de todo el Estado Pontificio, [y] asimismo a los obligados o sometidos por vasallaje, juramento o fianza ante los así promovidos o asumidos— séales lícito:

a) apartarse en cualquier momento [e] impunemente de la obediencia y devoción a los así promovidos y asumidos;

b) evitarlos como si fueran magos, paganos, publicanos o heresiarcas, aunque, sin embargo, esas mismas per-

et devotione impune quando-
cumque cedere,

b) eosque ut magos, eth-
nicos, publicanos, et hæresiar-
chas evitare, eisdem subditis
personis fidelitati, et obedientiæ
futurorum Episcoporum, Archie-
piscoporum, Patriarcharum, Pri-
matum, Cardinalium, et Romani
Pontificis canonice intransis nihi-
lominus adstrictis remanentibus,

c) et ad maiorem ipsorum
sic promotorum, et assumptorum,
si eorum regimen, et admini-
strationem continuare voluerint,
confusionem, contra eosdem sic
promotos, et assumptos, auxilium
brachii sæcularis implorare,

20º) nec propterea ab ipsorum
sic promotorum, et assumptorum fide-
litate, et obedientia, præmissorum occa-
sione recedentes, tamquam tunicæ Do-
mini scissores aliquarum censurarum,
seu pœnarum ultioni subiaceant.

§ 8. Contrariorum derogatio

Non obstantibus constitutioni-
bus, et ordinationibus Apostolicis, nec-
non privilegiis, indultis, et literis Apos-
tolicis eisdem Episcopis, Archiepiscopis,
Patriarchis, Primatibus, et Cardinalibus,
ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus,
et formis, ac cum quibusvis
clausulis, et decretis, etiam Motu proprio,
et ex certa scientia, ac de Apostolice
potestatis plenitudine, seu etiam
consistorialiter, aut alias quomodolibet
concessis, et etiam iteratis vicibus ap-
probatis, et innovatis, ac etiam in corpore
iuris clausis, necnon quibusvis capitulis
conclavis, etiam iuramento, aut confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis, et per nos ipsos præsentibus
pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis
habentes, illis alias in suo robore permansuris,
hac vice dumtaxat specialiter, et expresse
derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§ 9. Jussio publicandi

sonas subordinadas siguen constreñidas a
la fidelidad y obediencia de los futuros
Obispos, Arzobispos, Patriarcas, Primados,
Cardenales y al Romano Pontífice
que asuma canónicamente;

c) y, para mayor confusión de los
así promovidos y asumidos, invocar contra
éstos el auxilio del brazo secular, si
quisieran continuar su gobierno y administración;

20º) y los que se aparten en tal caso de la
fidelidad y obediencia a los así promovidos y
asumidos, no por eso queden expuestos a la
represalia de alguna censura o castigo, como
[quedan] los que escinden la túnica del Señor.

§ 8. Derogación de los documentos contrarios

No valen en contrario las Constituciones y
Ordenanzas Apostólicas, ni los privilegios,
indultos y letras Apostólicas concedidas a
esos Obispos, Arzobispos, Patriarcas, Primados
y Cardenales, ni otras providencias de
cualquier tenor y forma y con cláusulas de
cualquier tipo, ni los decretos, incluso [los
otorgados] de Motu proprio, a ciencia cierta
y con la plenitud de la potestad Apostólica,
o por medio de consistorios o de cualquier
otro modo; tampoco los aprobados en
reiteradas ocasiones, los renovados y los
incluidos en el cuerpo de derecho, ni los
convalidados por cualquier capítulo de un
cónclave, incluso con juramento, confirmación
Apostólica o cualquier otra reválida, ni los
jurados por Nosotros mismos: en efecto,
considerando de modo expreso las disposiciones
de todos estos documentos —como a la vista
e incorporados palabra por palabra— [y] de
los que permanecerán en vigor en otros
aspectos, las derogamos expresamente,
esta vez sólo en lo específico, lo mismo que
las de cualquier otro documento contrario.

§ 9. Orden de publicación

Y a fin de que las letras presentes lleguen
a conocimiento de todos los interesados,
queremos que las mismas o una copia de ellas
(la cual, decretamos, debe merecer plena
confianza cuando esté refrendada por la
firma de un Notario público y provista con
el sello de alguna persona con dignidad
Eclesiástica) sean publicadas y fijadas en
Roma por alguno de nuestros Heraldos, en
las puertas de la Basílica del Príncipe de
los Apóstoles y de la Cancillería Apostólica
y en el

Ut autem præsentes literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, volumus eas, seu earum transumptum (cui manu notarii publici subscripto, et sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariæ Apostolicæ valuis, atque in acie Campi Floræ per aliquos ex cursoribus nostris publicari, et affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque affixionem, et copiarum affixæ dimissionem huiusmodi sufficere, et pro solemnem, et legitima haberi, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere.

§ 10. Sanctio pænalis

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innovationis, sanctionis, statuti, derogationis, voluntatum, decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, XV Kal. Martii, Pontificatus nostri anno IV.

Papæ suscriptio

✠ Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus

Dominus mihi adiutor

extremo del Campo de Flora. Y que se ordene la fijación de la copia en esos lugares. Y que sea suficiente dicha publicación, fijación y orden de fijar la copia y se tenga por solemne y legítima, sin que deba requerirse o esperarse otra publicación.

§ 10. Sanción contra los infractores

Por lo tanto, que a ninguna persona le sea lícito infringir este texto de nuestra aprobación, renovación, sanción, estatuto, derogación, voluntades y decreto, ni contradecirlo con temeraria audacia. Si alguien pretendiera intentarlo, sepa que habrá de incurrir en la indignación de Dios Omnipotente y de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo.

Dado en Roma, en la Sede de San Pedro, Año milésimo quingentésimo quincuagésimo noveno de la Encarnación del Señor, el día 15º antes de las Kalendas de Marzo, en el 4º Año de nuestro Pontificado.

Firma del Papa y de los Cardenales

Pablo, Obispo de la Iglesia Católica

El Señor es mi auxilio

(Siguen las firmas de 31 Cardenales y el Sello)

